Fragmentarium

Q ue si fata virum servant si vescitur aura
E therea neque adhuc crudelibus occubat umbris
N on metus officio nec te certasse priorem
P eniteat sunt et siculis regionibus urbes
A rva que troiano que a sanguine clarus acestes
Q uassatam ventis liceat subducere classem
E t silvis aptare trabes et stringere remos
S i datur italiam sociis et rege recepto
T endere ut italiam leti latiumque petamus
S in absumpta salus et te pater optime teucrum
P ontus habet libie nec spes iam restat iuli
A t freta sicanie saltem sedes que paratas
U nde huc advecti regemque petamus acesten
T alibus ilioneus cuncti simul ore fremebant
D ardanide
T um breviter dido vultum demissa profatur
S olvite corde metum teucri secludite curas
R es dura et regni novitas me talia cogunt
M oliri et late fines custode tueri
Q uis genus eneadum quis troie nesciat urbem

BIBLIOTHEQUE IMPERIALE MAN.

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 11411, 130r – Virgilius, Aeneidos Liber I (https://fragmentarium.ms/view/page/F-86zl/3424/35965)